

AVCTORVM, QVORVM  
SENTENTIÆ, ET OPINIONES IN  
HOC LIBRO CITANTVR, ET EXPO-  
NVNTVR, NOMENCLATURA,  
ORDINE ALPHABETI  
DIGESTA.

## A

## ACCURSIVS.

Adriani Imper.  
sententiæ.  
Adrianus Iunius.  
Adrianus Turnebus.  
Ægesippus.  
Ægidius Bossius.  
Ælianus.  
Ælius Lampridius.  
Ælius Spartianus.  
Æschines.  
Agathias, sive Agathius.  
Agellius.  
Aimarius Ribarius.  
Alardus Amstelredam.  
Albertus Magnus.  
Alciatus.  
Alexander ab Alexand.  
Alexander Immolensis.  
D. Ambrosius.  
Ambrosius Leo Nolan.  
Ammianus Marcellinus  
Anastasius Germonius.  
Andræas Fachineus.  
Andræas Gail.

Andræas Patricius.  
Andræas Tiraquellus.  
Angelus Perusinus.  
Angelus Aretinus.  
Angelus Mateacius.  
Angles.  
Annæus Robertus.  
Annianus.  
Antonius Augustinus.  
Antonius Clar. Silvius.  
Antonius Concius.  
Antonius Faber.  
Antonius Goveanus.  
Antonius Gomezius.  
Antonius Pichardo.  
Antonius Sabellicus.  
Apollonius Rodius.  
Appianus Alexádrinus.  
Apuleius.  
Arias Pinelus.  
Aristophanes.  
Aristoteles.  
Arnobius.  
Artemidorus Daldian.  
Ascanius Clementinus.  
Asconius Pedianus.  
Athæneus.

D. Augustinus.  
Aurelius Prudentius.  
Aufonius Gallus.

## B

Baldus.  
Baptista Fulgosius.  
Baptista Pius.  
Barnabas Briffonius.  
Bartholomæus Zancus.  
Bartholomæus Zepola.  
Bartolus.  
D. Basilius.  
Basilici Græci Auctores.  
Bernardus Diez.  
Bernardus Vvalterus.  
Blasius Florez Mena.

## C

Caldas Pereira.  
Calphurnius Flaccus.  
Carolus Sigonius.  
Cassiodorus.  
Catelanus Cota.  
Cato Censorius.  
Catullus.  
Catunculus.

## Y

Cœ

- |                          |                        |                          |
|--------------------------|------------------------|--------------------------|
| Coelius Rhodiginus.      | Diodorus Siculus.      | Franciscus Purpuratus?   |
| Cæsar Baronius.          | Diogenes Laertius.     | Franciscus Sanctius Bro- |
| Cædrenus.                | Dionysius Gothofredus. | censis.                  |
| Charisius Grammaticus.   | Dionysius Halicarnas.  |                          |
| Christophorus Colerus.   | Dionysius Lambinus.    | G                        |
| D. Chrysoftomus.         | Dioscorides.           | Gabriel Paleotus?        |
| Claudianus.              | Donatus Grammaticus.   | Galenus.                 |
| Claudius Minoes.         |                        | Gaspar Cavalinus?        |
| Clemens Alexandrinus.    | E                      | Gilbertus Regius.        |
| Clementinarum liber.     | Eduardus Caldeira?     | Genesis liber.           |
| Codex Iustinianus.       | Eguinarius Baro.       | Glareanus.               |
| Codex Theodosianus.      | Emilius Probus.        | Graciani decretum?       |
| Columella.               | Epictetus.             | Gregorius Lopez.         |
| Concil. Constantinop.    | Erasmus Roterodamus.   | Gregor. Lopez Madera?    |
| Concilium Illiberitanum. | Esdra liber.           | Guibertus Costanus.      |
| Concilium Matisconense.  | Esther liber.          | Guido Pape.              |
| Concil. Vvormacens.      | Euripides.             | Guillelmus Benedictus?   |
| Constantin. Harmenop.    | Eusebius Cæsariensis.  | Guillelmus Budaus.       |
| Constitutiones Grego-    | Eustachius.            | Guillelmus Fornerius.    |
| rij XIII.                | Exodi liber.           | Guillelmus Onciacus.     |
| Constitutiones Sixti V.  | Extravagantium liber.  |                          |
| Cornelius Tacitus.       |                        | H                        |
| Cornificius.             | F                      | Henricus Stephanus?      |
| Cynus Pistoriensis.      | Fenestella.            | Herodianus.              |
| D. Cyprianus.            | Ferrandus.             | Herodotus.               |
|                          | Ferdinandus Menchaca.  | Hesiodus.                |
| D                        | Ferdinandus Mendoza.   | D. Hieronymus?           |
| David Rex.               | Festus Pompeius.       | Hieronymus Cagnolus?     |
| Decretalium libri.       | Feudorum liber.        | Hieronymus Magius.       |
| Demosthenes.             | Flavius Vopiscus.      | Historia Fori Romani.    |
| Deuteronomij liber.      | Fortunius Garcia.      | Homerus.                 |
| Dictionarium Poeticum.   | Franciscus Balduinus.  | Horacius Flaccus.        |
| Dictys Cretensis.        | Franciscus Connanus.   | Hypocrates.              |
| Didacus Covarruvias.     | Franciscus Duarenus.   |                          |
| Digestorum libri.        | Franciscus Iuretus.    | I                        |
| Dio Cassius.             | Franciscus Hottomann?  | Iacobus Baulensis?       |
| Dio Chrysoftomus.        | Franciscus Patricius.  | Iacobus Cuiacius.        |



Iacob. Durantius Casel.	Iosephus Mascardus.	Ludovicus Romanus.
Iacobus Menochius.	Iosephus Scaliger.	Ludovicus Rufardus.
Iacobus Ravardus.	Isaacus Casaubonus.	Ludovicus Charondas.
Iacobus Simancas.	Isernia.	Lycophon.
Ianus Doufa.	D. Isidorus.	
Iason Mainus.	Iulius Capitolinus.	
Ioannes Anania.	Iulius Cæsar.	Macrobius.
Ioannes Vela.	Iulius Clarus.	D. Marcus.
Ioannes Bellonus.	Iulius Higinus.	Marcus Anton. Muret.
Ioannes Bohemus.	Iulius Pollux.	Marc. Anton. Peregrin.
Ioannes Corrafius.	Iulius Solinus.	Marcus Mantua.
Ioannes Stephanus Du-	Iustinus Historicus.	Marcus Tullius Cicero.
rantius.	Iustus Lipsius.	Marcus Vatrovinius.
Ioannes Faber.	Iuvenalis.	Marianus Socius.
Ioannes Gutierrez.		D. Matthæus.
Ioannes Baudus.		Matthæus Vvesébechius.
Ioannes Gallus.	L	Menander.
Ioannes Aurpachius.	Lactantius Firmianus.	Minutius Felix.
Ioannes de Imola.	Laguna Medicus.	
Ioannes Mariana.	Laurentius Valla.	
Ioannes Mercerus.	Latinus Pacatus.	
Ioannes Montalvus.	Leges xij. tabularum.	Natalis Comes.
Ioannes Nevizanus.	Leges Fori Hispaniæ.	Nehemias.
Ioannes Nicolaus Porta.	Leges Numæ.	Nicander.
Ioannes Oinothomus.	Leges Partitarum.	Nicephorus Calixtus.
Ioannes Pareja.	Leges Recopilationis.	Nicetas.
Ioannes de Platea.	Leges Romuli.	Nicolaus Balla.
Ioannes Portona.	Leges Longobardorum.	Nicolaus Boerius.
Ioannes Rojas.	Leges Vvisigothorum.	Nicolaus Leonicus.
Ioannes Robertus.	Levitici liber.	Nonius Marcellus.
Ioannes Rosinus.	Lucanus.	Numerorum liber.
Ioannes Sarisberiensis.	Lucius Florus.	
Ioannes Stobæus.	Lucianus.	
Ioannes Tzes.	Lucrecius.	Onufrius Panvinus.
Iob libri.	Ludovicus Mainus.	Optatus Milevitanus.
Iovianus Pontanus.	Ludovicus Ariostus.	Orus Apollo.
Iosephus Iudæus.	Ludovicus Carrerius.	Oscus, Decisiones Pe-
	Ludovicus Molina.	demontana.

- Ovidius.  
 Pardulfus Prateius.  
 D. Paulus.  
 Paulus, de verb. signif.  
 Paulus Castrensis.  
 Paulus Manutius.  
 Paulus Orosius.  
 Pausanias.  
 Pelaez de Mieres.  
 Persius.  
 Petronius Arbiter.  
 Petrus Bræcheus.  
 Petrus Colbius.  
 Petrus Daniel.  
 Petrus Dueñas.  
 Petrus Faber.  
 Petrus Gerardus.  
 Petrus Gregor. Tholof.  
 Petrus Herodius.  
 Petrus Mexia.  
 Petrus Plaza.  
 Petrus Rebuffus.  
 Petrus Vellei. à Guevar.  
 Petrus Zenedo.  
 Philippus Beroaldus.  
 Philippus Decius.  
 Philo Iudæus.  
 Philostratus.  
 Picta Poesis.  
 Pierius Valerianus.  
 Plato.  
 Plautus.  
 Plinius.  
 Plinius iunior.  
 Plutarchus.  
 Polybius.  
 Pomponius Lætus.  
 Priscianus Grammaticus.  
 Propertius.  
 Pythagoras.
- Q**
- Quintilianus.  
 Quintus Curtius.
- R**
- Ravifius Textor.  
 Raynaldus Corfus.  
 Robertus Gaguinus.  
 Rufinus.
- S**
- Salycetus.  
 Salvianus.  
 Sallustius.  
 Seneca Philosophus.  
 Seneca Tragediograph.  
 Servius Honoratus.  
 Sextus Cæcilius.  
 Sidonius Apollinaris.  
 Silvester Aldobrandin.  
 Simon Maiolus.  
 Simplicius.  
 Sophocles.  
 Sophronius.  
 Sozomenus.  
 Speculator.  
 Stephanus Bellégardus.  
 Stephanus Papa.  
 Statius Papius.  
 Stephanus Pighius.  
 Strabo.
- Suetonius Tranquillus.  
 Suidas.  
 Symmachus.
- T**
- Tadaeus Pifo Soacius.  
 Teatrum vitæ humanæ.  
 Teophilus.  
 Teophrastus.  
 Terentius.  
 Tertullianus.  
 Thomas Grammaticus.  
 Tiberius Decianus.  
 Titus Livius.  
 P. Torres Societar. Iesu.  
 Trebellius Pollio.
- V**
- Vaconius à Vacuna.  
 Valentinus Frosterus.  
 Valerius Martialis.  
 Valerius Maximus.  
 Veranius.  
 Vetus glossarium.  
 Vincencius Cabocius.  
 Virgilius Maro.  
 Vitruvius.  
 Vldaricus Zasius.
- X**
- Xiphilinus.  
 Xenophon.
- Z**
- Zonaras.  
 Zozimus.



DECEMV  
CONCLVSIONVM  
MANVS IN AVGVS-  
TISSIMO TOTIVS ORBIS  
TERRARVM SALMANTI-  
CENSIS SCHOLÆ  
THEATRO.

A

DON AMERICO MARTIO MEDICEO,  
IVRIS STUDIOSO PVBLICE DISPVATARVM,  
DICATA CONSECRATAQVE.

ILLVSTRISSIMO, ET EXCE-  
LENTISSIMO D. D. FRANCISCO  
MEDICEO, SERENISSIMI MAGNI  
ETHRVRIÆ DVCIS  
FRATRI.

PREFUIT IOANNES DE SOLORZANO ET  
*Pereyra, I. C. vel ad priscam ætatem elegantissimus, dignissi-  
musque Vespertina iuris Casarei Cathedra  
Antecessor, &c.*

---

SALMANTICÆ, Mens. August. Ann. 1609.

ILLVSTRISSIMO,  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
D. D. FRANCISCO MEDICEO,  
SERENISSIMI MAGNI ETHRVRIÆ  
DVCIS FRATRI.

D. Americus Martius Mediceus.



LYSSES Ille Homericus in stadio cum Aiace cursu certans, Palladem precibus affatur, ut eum compotem victoriæ faciat: an non ego supremum aliquod numen, primitias ei laborum meorum (veluti aristas Cereri) consecrans oravero, ut mihi hoc litterarum cursu certanti favoris auram benigniter aspiret? cum me iussu Alexandri

Martij Medicei istius floridissimæ urbis Archiepiscopi ac Patru mei Amantissimi his adstrinxi studijs, nihil in votis, nisi tibi vni Illustriissime, atque Excellentissime Princeps litare. Triennium iam in ijs sum: Quid ni ergo primos hosce tibi fructus offeram? quos si exceperis, permittat enim pedibus meis ad hoc fœliciter spatium decurrendum, non secus ac Ulyssi illi Pallas, addideris. Et profecto hoc tibi debitum, si in animo revolve quis tu, quis ego, qui tui, qui mei fuerint. Mei amplissimæ Mediceorum familia tuorum munere inserti fulgent clariùs. Tui (omitto stemmata, imagines, divitias, facinora, Regna) qui deportatas iam, & toto pulsas orbe litteras revocarunt, certis que firmarunt fulcris, nimirum suæ stirpis germinibus. Cuius non harent memoria Cosmi illi Magni, Laurentij, Leones? Quis Ferdinandi Patris tui sene illo,

Iliad. lib. 1

Cuius à lingua melle dulcior fluebat vox.

prudenter non recordabitur? At quis ego? nempe is, quem nō natura solum senissimo fratri tuo Magno Ethruriæ Duci, sed & eius benignitas subiecit. Te vero in tenera ætate grandis prudentia, disciplinarum amor, comitas, atque præclarissima indoles, nō oculis dumtaxat univer-



forum, verum admirationi exponunt. Iure igitur beneficia cum vetera,  
 tum recentia hoc sibi vendicant; ipsa quemet litteræ ad te ire (seu fami-  
 liam, seu tuâ videas propensionem) sat agunt, & vovent; quibus si obsi-  
 stam, merito de me queratur Themis. Novi præterea milites sub Mag-  
 ni, & perici Imperatoris alâ præliari acrius; & hoc in causa, cur hunc  
 de promptorum ex iuris scientiâ dogmatum, quorum veritatē defenden-  
 dam suscepi, manipulum tuo illustrari nomine voluerim; an non adver-  
 sarios, si tu faveas, hilari fronte ultro aggrediar, & pene dixerim, pro-  
 fligabo? Favet? quid mi? Triplex tibi causa: Theatrum vbi hæc edita  
 certamina, Salmantica nimirû, totius orbis terrarum celeberrimû. Meæ  
 fautor partis Ioannes de Solorzano Antecessor præstantissimus, inveni-  
 nis adhuc, & eo ceteris doctior, quo iunior: meus denique affectus, qui  
 ut hac tibi offert, utinam semetipsum ad tuos se sistere pedes posset, &  
 explicari. Ergo non dubito quin ad me spectatores utrumque vertant  
 pollicem; at invidi, malevolique plures: despicio: Nonne simul ac livi-  
 dos oculos contorserint, subita, & magna tui nominis luce cacuerint?  
 spes omnino certa: eaque iam iam exhilaratus futuri successus securus  
 rubrum in castris pendens vexillum videre gestio. Interim Illustris-  
 sime, atque Excellentissime Princeps libellum hunc accipe, vbi relatas,  
 atque ad vivum pictas ipsasmet quasi pugnas conspicias: si quæ tenuia  
 nimis, vel levia cognoveris, aspice tamen. Ut stannum, & æs solis ra-  
 dijs opposita argentum, aurumque iudicas, sic illa simul ac oculorum  
 aciem intenderis, non nisi optima, atque elaborata videri poterunt. Hoc  
 tibi tandem quicquid est libelli, mei affectus, cultusque sincerum mo-  
 numentum, do, dico. Utinam tibi Deus ea, quæ nos tui clientes, qui que  
 in tuo iam esse ære gloriamur, & merita tua elatis supercillijs cog-  
 noscimus; vovemus, & precamur. Salmanticae Kalendis

Augusti. M. DC. IX.

## EX NOBILIBVS

IVRISCONSULTORVM, CÆSARVMQVE RESPONSIS IN LEGE SECVNDA

l. Verbis civilibus 7. l. Centurio. 15. ff. de vulg. &amp; pup. &amp; l.

Precibus 8. Cod. de Impub. &amp; alijs subst. sequentes

proponuntur Iuris studiosis disputandæ

Conclusiones.

## PRIMA CONCLUSIO.

**T**ESTAMENTVM Quod pater impuberibus liberis facit, & inde pupillaris substitutio appellatur, Romanorum olim mores introduxerunt, & noviores postea Cæsarum leges scripto formarunt. In quo nihil ex privilegio parentibus datum, sed omnia ex summo patriæ potestatis imperio, & Civilis iuris regulis promanasse, contra plures defendam.

## SECVND A CONCLUSIO.

**V**BI Masculus decimi quarti anni, & foemina duodecimi ultimum tetigerit diem, substitutionem pupillarem penitus extingui contendo. Adeo, ut nec iure fideicommissi postmodum sustineatur, etiam si in ea longius tempus complexus fuerit parens.

## TERTIA CONCLUSIO.

**P**VPILLAREM Substitutionem his solum liberis, qui vel naturali, & legitimo iure, vel legitimo tantum in patris potestate testamenti, & mortis tempore fuerint, fieri posse tuebor. Extraneis autem naturalibus, vel emancipatis, aut etiam nepotibus in alterius potestatem recasuris, etiam a milite, inutiliter fieri, neque (quicquid alij existiment) fideicommissi iure defendi.



QVARTA CONCLUSIO:

**M**ATER, Alijque per maternam lineam ascendentes, ob defectum patriæ potestatis pupillarem substitutionem facere nequeunt; quinimo nec ipse etiam poterit pater, nisi prius sibi (si paganus sit) iustum, & solemne condiderit testamentum, & filium, cui pupillarem substitutum scribit, vel nominatim hæredem instituerit, vel ut oportet exhæredaverit. Nèque enim probo Bartoli, & aliorum sententiam, qui tacitam filij institutionem sufficere, perperam arbitrantur.

QVINTA CONCLUSIO:

**C**OMPENDIOSAM Substitutionem, Bartolum sequutus, eam esse contendam, quæ sub conditione mortis, vel alia, plura tempora, pluresque substitutionum casus complectitur; quæ si verbis directis à milite fiat, intra pubertatem iure communi substitutum ad patris, & filij hæreditatem admittet; postea verò, ut directa militaris, ad patris dumtaxat, cum fructibus inventis in hæreditate.

SEXTA CONCLUSIO:

**C**VM Præter militis hæreditatem, fructus quòque eius militari substituto Papinianus adiudicet, dubium ab interpretibus iudicatur, de quibus fructibus hoc intelligi debeat. Sed ego verè dicendum existimo, eos tantum fructus substituto deberi, quos hæres instituti filij percepit, à tempore, quo militaris substitutionis conditio extitit, qui sane in restitutionem fideicommissariam, haud quaquam, nisi mora præcedente, venirent.

SEPTIMA CONCLUSIO:

**E**XPRESSAM Pupillarem substitutionem, vel sub compendiosa contentam, matrem etiam à legitima filij excludere censeo, ut magis communiter Doctores admittunt. Quamvis non defuerint, qui semotis Pontificum decisionibus contrarium Iure Civili inspecto defendendum existiment.

## OCTAVA CONCLUSIO.

**S**ED An, si miles in primum tantum casum filio substitutum scripserit, eius voluntas ad secundum quòque ex divorum Marci, & Veri constitutione trahatur, non parum controvertunt authores: multis existimantibus in militis testamento, intellectæ substitutioni locum non esse. Ego sub vulgari expressa, tam in militis, quàm in pagani testamento tacitam pupillarem latere tuebor. Quæ tamen contra matrem effectum sortiri non possit, nisi nos in contrarium aliquæ coniecturæ deducant.

## NONA CONCLUSIO.

**C**OMPENDIOSAM Substitutionem impuberi filio sub conditione mortis conceptam, quo casu vt fideicommissaria effectum sortitur, tacitam illam conditionem, *si sine liberis*, continere assero, quæ ab acutissimo Papiniano primum inventa fuit. Quod tamen contra procedere ostendam, si casualis conditio compendiosæ adijciatur.

## DECIMA CONCLUSIO.

**L**ICET Miles, si velit, etiam filij legitimam fideicommissi onere gravare possit, id tamen in dubio non esse præsumendum affirmo, atque adeo vniuersali hæreditatis restituendæ fideicommissio filij legitimam non comprehendit.





D. OCT. COR. CAM. APO. CLE.

## AD LECTOREM.

S. D.



**H** Quam mihi, benivole Lector, gente assurgis? ex  
 ipsis Aristarchis? ex ipsis, qui criticè litera-  
 rum ludum, & arena, ut ita dicam, bestiariorum  
 tractant? secede: bonum factum: si hunc libellum  
 non tangas; ac ne videas quidem emissit is illis  
 oculis; vinā effosis. Ut lictoris officium praire,  
 & summovere, praesertim infames, ne eorum oc-  
 cursu Magistratus maiestas contaminaretur; sic meum, morosos, fa-  
 stidiosos, blennos, buccones arcere, voce, manu, virga! quippe si in  
 manus libellum re ipsa bellum sumant, nec ipsamet Pallas à virose  
 lingua telis Aegide sua defendat; flagitem, ut laudent? ne ut excusent  
 quidem, si quid erratum.

Iusta ab iniustis petere insipientia est;

Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.

An potius, Lector, ex illis est, qui curiosos simulant, & Zenonis  
 sectam augent? Tu quoque gravis, grave si illud intones,

Mentiri nescio; librum,

Si malus est, neque laudare, & poscere.

esto; si scriptorem, si rem scriptam in trutina expendas, laudabis nec  
 mendacio. Rudiarius hæc non scripsit; sed qui palo adhuc figit vul-  
 nera, quique quod magis mireris,

Adpositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

Impie si recotiora petas; ut in pomo non miti acris ille sapor amatur;

Sic in adolescentis scriptione. Nosce te ipsum quicumque, & retro ad

eam ætatem trabe; cucurbitas pingebas; dormiebas. Qui ergo tam bene

orditur huius militiæ Tyrocinium, cito eum vitis manet. Complectere

modo animo rem: pugnam in Salmaticensi Theatro argumentis, & ra-

tionibus depugnatam brevi stylo, & eleganter descripsit, ut oculis Il-

lustrissimi Excellentissimique Principis Don Francisci Medicei,

cuius auspicijs manus consertum ivit, necnon Illustrissimi & Reve-

rendissimi Archiepiscopi Florentini patri sui, quem pariter obsequio, & amore prosequitur, submitteret: non ille fama sua consultum hoc libello voluit, neque ipsi votivum, ut vere, Lector, fatear, tibi probari: placeat Magnatibus illis, ad hoc anhelamus, & ideo hæc ijs veluti in gustum ingenij sui dedit; an terreri debuit? audi Satyricum.

Stulta est clementia; cum tot vbique

Vatibus occurras, periturae parcere chartæ.

Hoc amplius Lector, si ex Bariolistarum grege mihi ades, & in obsoletorum interpretum verba intrasti: auresque barbara illa Latinitate obduruisti, nihil hic tibi, voluptatem non capies, imo nec quid ipse velit: qui in sedula Cuiacij, Duarenij, Donelli, Fabrorum, & si qui huius melioris commatis lectione versaris.

Aspice & hæc, si forte aliquid decoctius audis.

Inde vaporata Lector mihi ferveat aure.

noster trivialia communi moneta haud scripsit, sed electa, & acuta. Hæc audis Lector? facilem ergo te præbe. Novitium hunc in Theatrum litterarum prodeuntem, foeliciter acclamans plausu excipe: laudam paratum gratiam referre non modio, sed horreo toto. Hoc si nolis: Angeronam respice: pergis, & ad calculos sedes? obtempera ipse tua conscientia, quæ, & si simulas, vice Tribuni tam iniquæ actioni intercedit, scio. Spernis? I Lictor, colligam manus; sed vide ingenuitatem, tempora, & mores novimus, promptiores ad calumniam, quam ad veritatem lingua: ut qui ad portum tendit ventis, procellis que nonnumquam sollicitatur; sic invidia, & maledictis qui ad gloriam: noster Gallinæ albæ minimè filius in eodem iactabitur æquore, si quid laudis captabit, lucro ponet; si minus, Poetam clamantem audiet.

— Nec te quæsieris extra.

Tu modo amicissime Americæ, perge Macæ virtute, qui eductus semel è carcere inoffenso pede ad calcem currens, & post terga relictis his, qui gravi invidiæ aculeo puncti oblatrant, gratus Patriæ, parentibus, amicis caput olivo redimurum in hoc, ubi de fama contentio est, stadio fores, stimulos addet, si mentis aculos in patrii tui exemplo figes; de quo nihil aliud tibi inæst illo (pene enim factus sum garrulus) nisi illud Poetæ.

Vulcanus, Luna, Sol, dies, Dij quatuor

Meliorum nullum illuxere alterum

libet, & vere addere doctiorem, humaniorem, nobiliorem, sed tu, Lector, vale, & Momi personam exue.

AD



AD LEGEM CEN-  
TVRIO. XV. D. DE VVLG.  
ET PVPII: SVBST. HABITA  
REPETITIO.

Ad eandem Præfatio.

*Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus,  
Innata est rupto iecore, exieris, caprificus.*



LI CEAT Mihi auditores meos (*Illustrissime  
Rector, Præses sapientissime, Viri Principes,  
Patres præstantissimi, necnon Universi Ca-  
rissimi Condiscipuli*) liceat mihi inquam  
auditores meos his versibus affari, nam vt  
Athletæ in stadio oculos ad metam, & bravium intendunt,  
sic fere omnes, qui studijs se dedunt, ad gloriam. Ne tamen  
inducatis in animum me adeo Philotimia obcæcari, qui pu-  
tem didicisse iam vt illi ipsi, qui apud Persium versus illos  
vsurpant. O stultus ego si putem, & merito clamet quis.

*O medici mediam pertundite venam.*

Non ego huc prodij apud vos, *Auditores*, vt vel elaborata  
studia, vel ingenij vires ostentarem. Sed veluti Aves cum  
pulos suos volatum docent, antequam per aera divagari  
permittant, paulatim ducunt prius, atque experiuntur; sic  
ego mei periculum facere optimum duxi, vt sim conscius  
quem volatum per largum hoc iurisprudentiæ cælum ex-  
plicare queam. Hoc verò, vt hic potissimum facerem, vos  
suasistis, *Auditores*, vestra religione, ac equitate, huiuscemo-  
di enim arbitros habere, & gaudeo, & iam diu in votis. Præ-  
terea allexit ipsamet Salmanticensis Vniversitas, vno verbo  
dicam, omnibus numeris absoluta, in qua cæteræ omnes ve-  
lut in speculo, suam possint aspicere deformitatem. Quid  
verò occasio tanti Præsidis? an non ex remotioribus terræ

partibus accurrere huc debuissim, vt sub eius patrociniū, hodiernum hoc certamen inirem? Non tanti igitur fuit certare, quā in hoc teatro certare, talibus arbitris, ac tali Præfide. Restat vt vobis explicem, quare hunc laborem meū Illustrissimo, Excellentissimoque Principi D. D. Francisco Mediceo, Serenissimi magni Ethruriæ Ducis fratri consecrauerim. Quid putatis? beneficia, affectus, eius comitas, indoles, benignitas, atque natura, quæ me eius subditum, & clientem peperit. Quid? nonne etiam hæc litterarum monumenta ipsi debentur? cuius maiores afflictas eas, ac humi iacentes, vel in perpetuum erexerunt? at vela contraho, ne in eius pelagi altum provehar, vnde ventis, quantumvis fauentibus, nunquam expediar. Ne igitur constitutos terminos exceedam, pro more Papiniani responsum in libro 6. quod Tribonianus in titulo de vulg. & pupil. subst. reposuit, explicandum aggrediar, si prius *Sanctissimam Trinitatem, Beatissimamve Virginem, vt mihi divinam, ac propitiam afflet auram, oravero.*

*Sileteque, & tacete, atque animum advertite.*

**C**enturio filijs, si intra quintum, & vigesimum annum ætatis suæ, sine liberis vita decesserint, directo substituit. Intra quatuordecim annos etiam bona propria filij substitutus iure communi capiet: post eam ætatem ex privilegio militum patris dumtaxat, cum fructibus inventis in hereditate.



**R**GO Nos in aciem vocat, *Auditores*, robustissimus quidam ex gente hirsuta Centurionum armorum usu, & contrectatione durus, atque in ipsa iuris imperitia privilegio elatus promptior ad ensem, quā ad Prætoris sellam, si de iure suo sibi moveatur litigium; is filiolo impuberi, si eius vita ad vigesimum quintum annum non produceretur, consultum suo testamento de hærede voluit; si tamen in ijs ipsis temporis limitibus absque liberis vitali hac aura destitueretur. Duo hic maxime advertenda; si bullatus decedat; si sumpta viri-